

**AZ ÓKORTUDOMÁNYI TÁRSASÁG 43. ALKALOMMAL MEGRENDEZETT  
ÁBEL JENŐ ORSZÁGOS LATIN VERSENYÉNEK DÖNTŐ FORDULÓJA**

**A minores kategória tétele**


(2007. április 21. 12-16<sup>h</sup>)

**Aiszóposz esete a szökött rabszolgával**

Aesopo occurrit servus notus<sup>1</sup> e vicinia, qui a domino aspero aufugere constituit<sup>2</sup>. Rogavit Aesopus: „Cur es tam confusus?” Tum ille: „Dicam tibi clare<sup>3</sup>, pater. Plagae supersunt<sup>4</sup>, cibaria desunt<sup>5</sup> mihi. Si dominus domi cenat, totis noctibus persto; si in convivium it, iaceo ad lucem in semita et exspecto, ut veniat. Quamquam iam pridem emerui libertatem, etiam canus<sup>6</sup> servio. Propter has causas et alias<sup>7</sup>, quas longum sit promere<sup>8</sup>, abire destinavi, quo<sup>9</sup> fortuna me ducit.”

„Ergo – inquit Aesopus – audi sententiam meam. Quamquam nihil malum fecisti, inter tanta incommoda vivis. Sed quantis malis te dominus afficiet, si peccaveris?” Hoc consilio<sup>10</sup> servum a fuga deterruit.

Fabula docet, ne<sup>11</sup> malis nostris nova mala addamus.



---

<sup>1</sup> *nōtus* 3 : ismerős, ismert (ti. Aiszóposz számára, Aiszóposznak)

<sup>2</sup> *constituo* 3 : elhatároz

<sup>3</sup> *clare* – „világosan”

<sup>4</sup> *supersunt* – keresd a *supersum* igénél!

<sup>5</sup> *desunt* – keresd a *desum* igénél!

<sup>6</sup> *canus* – lásd : *cānus* 3 (mondattanilag attributum praedicativum, állapothatározó)

<sup>7</sup> *alias* – értsd: *alias causas*

<sup>8</sup> *promere* – „felsorolni”, „elmondani”

<sup>9</sup> *quo* – „ahová”

<sup>10</sup> *hoc consilio* – fordítsd eszközhatározónak!

<sup>11</sup> *ne* – „hogyan ne”